



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Capitvlvm VII. Ex transmissa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

dos congrue ac decenter sine ministro diuina officia celebrare non possit. Ita bene hic notat Gl. ver. soluit. Quamuis hoc pluribus locis consuetudine non obseruetur.

CAPITVLVM VII.

Ex transmissa.

PARAPHRASIS.

Gaspar Clericus (legitimè natus) à patrone ad beneficium quoddam præsentatus erat. Sed Archiepisc. Cantuariensis eum instituere solebat, quod pater eius idem beneficium obtinuerit. Timebat enim, ne ea res speciem quandam successionis hæreditariae præ se ferret, si filius patri in beneficio succederet. Ea re intellecta, Alex. III. mandat Archiepiscopo, ut dicto Gaspati beneficium conferat: cùm enim post patrem alia persona in beneficio intercesserit, nullum esse potest hæreditariae successionis periculum.

S V M M A R I V M .

Filius legitimus eodem beneficio frui potest, quomediae pater fruebatur.

NO T A N D V M Vn. Filius legitimus idem beneficium, quod pater eius habuit, absque dispensatione obtinere potest, si non immediatè ei succedat. Quia hoc casu iure quasi hæritario id consequatur; cùm non patris, sed potius alterius personæ successor sit. Necesse tamen est, vt persona intermedia non tantum titulum acceperit, sed & possessionem, vt notat Rebuffus in praxi tit. de dispens. supernatalium defecitu, n. 22. Sed eti beneficij extraneus acceperit, sed statim filio antecessoris resignarit, censebitur fraus conamissa contra canonem, vtridem Rebuff. notat num. 23.

* * *

CAPITVLUM VIII.

Constitutus.

PARAPHRASIS.

Guilielmus Clericus capellaniam quandam adeptus, in ea pluribus annis ministrait, postea à quodam milite è spoliatus, & cinctus fuit. Cùm autem de hoc apud Ordinarium questus esset, obiectum illi fuit, quod pater eius in eadem capella ministrait. Sed Guilielmus replicauit, quod pater eius nullum in ea capella titulum habuerit, neque perpetuus Vicarius fuerit, sed nomine ac vice ipsius Guilielmi ad tempus ministrarit. His coram Alexand. III. propositis, respondet, si ita se res habeat, Guilielmo beneficium illud vñ cum redditibus ab alieno possessore perceptis restituendum esse.

S V M M A R I V M .

1. *Filius etiam illegitimus, patrem ut Vicarium temporalem in administrando beneficio constituere potest.*
2. *In iustè spoliatus beneficio, ad illud restituendū debet vñ cum fructibus perceptis & percipiendis.*
3. *Si spoliatus simul iudicio possessorio & petitorio agat, Iudex inquirere debet, an per vim spoliatus fuerit, & an ei ius in beneficio competat; secūs est, si tantum possessorio agat, siue restituendū se posselet.*

NO T A N D V M I. Filius patrem ut Vicarium temporalem in administrando beneficio constituere potest. Idque locum habet siue legitimus filius sit, siue illegitimus. Sin vero filius patri beneficium renuntiarit, eumue inuestiri permiserit, cum filius idem beneficium nunquam consequi potest, si illegitimus natus est: sin autem legitimus, saltem immediatè post patrem, adipsici illud non potest.

NO T A N D V M II. Si quis beneficio & iniu-